

*15. Intrumentum venditionis dei
fratelli Alessandro e Filippo in
favore di Guglielmo de Auromundo*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*15. Intrumentum venditionis dei
fratelli Alessandro e Filippo in
favore di Guglielmo de Auromundo*

1286-06-02

(c. 147r) Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo octuagesimo sexto, dominante magnifico domino Carolo dive memorie domini Caroli illustris Ierusalem et Sicilie regis herede et legitimo successore, dominatione anno secundo feliciter amen, mense iunii secundo eiusdem, quatedecime indictionis.

1

In presentia Simonis de iudice Simone iudicis Potentie et testium subscriptorum, Alexander et Philippus, filii et heredes quondam Guillelmi Scorenavironis, cives et habitores Potentie, vendiderunt et tradiderunt Guillelmo de Auro Mundo petias terrarum tres contiguas inter se, sitas in tenimento Potentie, in contrata ubi dicitur // (c. 148r) lo Vallone de Lacu et Podiis Atriselle et Petra Vulpara, diversis luculis aquarum et limitibus per medium existentibus, hiis finibus circumdatas: ab uno latere tenet <sic> Ioannes Palbeticus et Mattheus de Berardo de Vinea mediante rivulo aquarum ascendente ad fontem que dicitur Fons Mortua et evolvens per quodam designatum later usque ad aliud later sub lavanca et alios veriores confinis <sic> tenimenti Potentie et tenimenti Vineole; ab alia parte est via puplica in aqua potentie ubi dicitur aera comunis et ultra serram tenet Ioannes de Berardo de Vineola; ab alia parte descendendo per aliam lavancam quod est usque ad alium supra pitrilia tenet ecclesia Sancte Marie de Bandito et a predicto limite usque ad vallonum predictum tenet ecclesia Sancti Michaelis de Potentia mediante limite; ab alia parte est dictus Vallone de Lacu, <et si> qui alii sunt confines. Has autem petias terrarum similiter sunt prescriptis finibus circumdatas per designata A domini vero eius

latera quorum, una cum omnibus accessionibus «et ingressionibus» suis dicti Alexander et Philippus predicto Gulielmo vendiderunt et tradiderunt, ut dictum est, pro quo receperunt ab eodem, nomine pretii, uncias auri quinque et tarenos decem et octo, totum videlicet pretium ipsius venditionis. Quapropter dederunt et tradiderunt tam eidem Guillelmo quam heredibus suis liberam et omnimodam potestatem // (c. 148v) tenendi, possidendi, vendendi, donandi, permutandi nec non et quocumque modo voluerint alienandi terras predictas; insuper repromiserunt eidem et heredibus suis ipsas defendere et guarentire contra omnes homines qui eum vel heredes suos de predictis terris molestare vel inquietare temptaverint more iudiciorum et supradicti Alexander et Philippus vel sui heredes vel aliquis per se vel per suos heredes contra predictum Guillelmum vel suos heredes de predictis terris aliquo tempore venerint vel «eas vobis» deinceps calumniati fuerint seu per quodlibet ingenium ipsum ab eis repetere vel subtrahere quesierint aut ipsum eis defendere et guarentire ab omnibus hominibus, ut supra dictum est, more iudiciorum debeant componere viginti augustales auri nomine pene, medietatem predicto Guillelmo vel suis heredibus et alteram medietatem reginali curie, predicta venditione nichilominus rata perpetuo permanente.

2

3

4

A Podius Arritelle

A rivulis

A Palloctinus

5

6

7

8

9

Quod scripsi ego Iohannes de Gonnella puplicus Potentie
notarius, de mandato contrahentium predictorum hoc
instrumentum venditionis scripsi quia intefui et meo
signo signavi. (SN) Ego Simon iudex Potentie qui supra
Ego Adarius Potentie notarius interfui Ego Robertus de
Piscopo medicus Pot(entinus) interfui Ego presbiter
Giulectus interfui

10

11

12

A aquaro
A Vignola
A pendente
A limitem
A quatuor
A Addam
A Episcopo
A Gulelmus <sic>